miseriam, in omnia se vertens, nunc rogare, nunc exprobrare et, ut brevis sim, omnem rudentem movere, quo me ad imperii moderamen revocaret. Atque istarum rerum omnium ipse erat internuntius. Postremo multis sermonibus eius expugnatus filiorumque orbitate et illius viduitate considerata, quibus utrisque curator et patronus magnopere esset necessarius, quem me illis praestare aequum foret, si vellem sollicitudinem et curam istam erga filios amicitiae gratias imperatori mortuo persolvere: quamquam cernerem, quibus me periculis obiectarem, manus dedi, etsi non ita improvide, ut quisquam postea inconsiderantiae me arguere posset. Quin et audiente patriarcha verbis pluribus imperatricem monui, ne calumniatoribus, qui non pauci essent emersuri et mendacia contra me consuturi, (quia videlicet invidia non eos sineret quiescere,) aures daret, sed si quid eiusmodi in me accusarent, quod et illa dictu falsum intelligeret, cum stomacho accusationem reiiceret, ac sycophantas odisset. Sin autem penetraret eius animum et dubitationem haberet, an verum esset, quod deferretur, ne illico damnaret, neu ad ultionem progrederetur, sed iudicio arcesseret tempusque ad defensionem praescriberet. Ac si quidem improbus ac periurus invenirer, poenas darem: sin criminationes dissolverem,

ὅπερ εἰσὶν ἡγεῖσθαι, συκοφάντας. ἡ βασιλὶς μὲν οὖν πρὸς A. C. 1342
τοὺς λόγους οὐκ ἐπείθετο, οὐδὲ δικῶν ἔφασκε καὶ ἐλέγχων
πρὸς ἐμὲ δεήσεσθαι, ἀλλ' ἀνυπεύθυνον παρείχετο τὴν ἀρχήν.
ἐμοῦ δὲ οὐκ ἀνιέντος, ἀλλὰ βιαζομένου τὴν περὶ τῆς δίκης
ἐπαγγελίαν, ἐπείθετο ἀναγκασθεῖσα, καὶ ὅρκους ἀλλήλοις πα-
ρειχόμεθα ἐπὶ τοῦ πατριάρχου, τὴν μὲν μηδεμίαν κατ' ἐμοῦ C
ἀπόφασιν ἐξενεγκεῖν ποτε, πεισθεῖσαν συκοφάνταις, ἀλλ' ἐπὶ V. 485
τὴν δίκην καλεῖν καὶ ἐλέγχους ποιεῖσθαι τῶν ἀδικημάτων·
ἐμὲ δὲ μηδέποτε περὶ αὐτὴν ἀγνωμονήσειν, μηδ' ἐπιβου-
λεύσειν αὐτῇ καὶ τοῖς παισὶ πρὸς τὴν ἀρχὴν, ἀλλὰ πᾶν ὁ-
τιοῦν ὑπέρ τε αὐτῶν καὶ τῆς κοινῇ Ῥωμαίων ὠφελείας πράτ-
τειν. ἐγὼ δὲ καὶ τούτων οὕτω κατεσκευασμένων, ἔτι τὴν γυ-
ναικείαν δεδιὼς ἀσθένειαν, μὴ οὐχ οἷατε ᾖ οὕτω μεγαλο-
φροσύνην καὶ λογισμῶν ἐπιδείκνυσθαι περιουσίαν, ἀλλ' ἀπα-
τηλοῖς καὶ περιέργοις λόγοις καὶ συκοφαντίαις παραχθεῖσα
πρὸς τὸν κατ' ἐμοῦ πόλεμον ὁρμηθῇ ἡ βασιλὶς, τὸν πατρι-
άρχην μόνον παραλαβὼν καὶ πολλῶν ὑπομνήσας εὐεργετη- D
μάτων ὑπηργμένων παρ' ἐμοῦ, ἔπειτα ἐδεόμην τῶν ὑπὲρ ἐ-
μοῦ δικαίων ἔχεσθαι καὶ βασιλίδι παραινεῖν, ἐπεὶ συνεῖναι
τὸν πάντα χρόνον μέλλει Βυζαντίῳ ἐνδιατρίβων, μὴ πείθε-
σθαι τοῖς συκοφάνταις, μηδὲ πρὸ δίκης ἐμοῦ καταψηφίζε-
σθαι, ὡς τῆς ἐκ τούτου ὠφελείας οὐκ εἰς μόνον ἐμὲ διαβαι-
νούσης, ἀλλ' εἰς ἅπαντας κοινῇ Ῥωμαίους· ὧν δίκαιον αὐ-

accusatores id quod essent, sycophantae nimirum, haberentur. Imperatrix hac oratione nihil mota, haud iudicio et probationibus adversum me opus esse dixit: et imperii gubernationem ita reddidit, ut a referendis rationibus penitus me absolveret. Me vero perseverante et urgente, ut iudicium promitteret, nolens annuit: et vicissim praesente patriarcha iuravimus, ipsa quidem, nunquam impulsu sycophantarum contra me sententiam pronuntiaturam, sed probationes criminum requisituram et iudicibus rem integram reservaturam: ego autem, nunquam ei iniquum futurum, neque ipsi et liberis eius propter imperium insidias moliturum, sed quidvis, quod ex eius usu et re publica sit, suscepturum. His ita gestis, adhuc muliebrem illius infirmitatem veritus, ne scilicet parum praestans excelsitate animi et maturitate consilii, fallacibus et artificiosis calumniatorum delusa sermonibus, ad bellum contra me insurgeret, cum patriarcha seorsum egi, meritorum a me ultro illi praestitorum memoriam ei renovans et orans, uti causam meam tueretur et Augustam, quacum Byzantii semper esset victurus, admoneret, ne sycophantis crederet neve ante iudicium me condemnaret, quando id non mihi soli, sed Romanorum universitati quoque profuturum esset: quibus omnibus ille, ut pastor et tutor et magister a Deo ele-

A. C. 1343 τὸν ἁπάντων προνοεῖν, ποιμένα καὶ κηδεμόνα καὶ διδάσκαλον ὑπὸ θεοῦ κεχειροτονημένον. ὁ δ' αὐτίκα ὤμνυεν ἀναστὰς, ὡς οὐδὲν ἧττον ἢ πατὴρ παιδὸς προνοήσειε γνησίου
P. 606 καὶ τῶν ὑπὲρ ἐμοῦ δικαίων οὕτως ἀνθέξεται, ὡσπερανεὶ αὐτὸς παρῆν, καὶ τοὺς συκοφάντας, εἴ τινες ὀφθεῖεν, μάλιστα μὲν ἀπελέγξειν ψευδομένους, καὶ παντὶ σθένει τῆς ἐκ τούτων βλάβης ἀπείρατον διατηρήσειν. εἰ δ' οὖν, ἀλλὰ τοῦτό γε πάντως ἐμοὶ φυλάξειν τὸ μὴ πρὸ δίκης καταψηφισθῆναι. δεῆσαν δὲ καὶ δὶς καὶ τρὶς περὶ τῶν αὐτῶν διαλεχθῆναι, τοσαυτάκις ὤμνυε τὰ ἴσα οὐχ ἱερεῦσι μόνον πρέποντα, ἀλλὰ καὶ ἰδιώταις ὅρκον. ὁ οὖν θαυμαστὸς οὗτος κηδεμὼν καὶ τοῦ δικαίου φύλαξ, πρὶν δέκα ἐξήκειν ἡμέρας μετὰ τὴν ἐμὴν ἐκ Βυζαντίου ἀναχώρησιν, τῷ παρακοιμωμένῳ πεισθεὶς συκο-
B φαντήσαντι, ὅτι βούλομαι κατάγειν αὐτὸν τοῦ θρόνου καὶ ἀντεισάγειν Παλαμᾶν, ἐκίνει τὸν ἐμφύλιον πόλεμον αὐτὸς, σαφέστατα εἰδὼς, ὡς συκοφαντεῖ. ἀμυνόμενος δὲ ἐμὲ τῆς εἰς αὐτὸν, ὡς ᾤετο, ἀγνωμοσύνης, καὶ βασιλίδα ἐξηπάτα ὑπ' οὐδενὸς ἑτέρου δυναμένην τοῦτο πάσχειν, καὶ τὸν πόλεμον ἐκίνει, φεῦ, ὁ τὴν εἰρήνην τοῖς ἄλλοις παρέχων καὶ τοῦ εἰρηνικοῦ καὶ πρᾴου μαθητὴς, μήτε ὅρκους αἰδεσθεὶς, οὓς χθὲς καὶ πρώην ὀμωμόκει, μήτε τῆς Ῥωμαίων συμφορᾶς, ἧς ἔμελλον διὰ τὸν πόλεμον πειράσεσθαι, εἰς ἔννοιαν ἐλθὼν, ἀλλὰ πρὸς ἓν μόνον βλέπων, ὅπως ἐμὲ ἀνέλῃ τὸν οὐ-
C δὲν ἠδικηκότα. καὶ οὐδὲ μέχρι νῦν κόρον ἔσχηκε τῶν ἐπι-

20. ὅρκων P.

ctus, providere atque consulere deberet. Ille e throno surgens mox vicissim iurabat, non minus, quam parentem pro germano filio sollicitum fore et ius meum ita defensurum, ut, si ipse adessem, melius non possem: sycophantasque, si qui prodirent, ut mendaces manifestarios egregie confutaturum. Si id non possit, hoc quidem plane obtenturum, ne indicta causa condemnarer. Cumque de iisdem etiam secundum et tertium inter nos necessario colloqueremur, toties idem, non solum ut sacerdos, sed ut profanus quoque iurabat. Hic igitur suspiciendus iustitiae patronus et custos, priusquam dies decem post meum Byzantio discessum effluerent, a praefecto cubiculi persuasus, me ipsum de throno deturbare velle et Palamam subintroducere: quamquam luculenter sciret esse meram calumniam, bello huic principium attulit. Ut autem meam in se, quam putabat, iniquitatem puniret, imperatricem quoque (id quod alius nemo potuisset) decepit, et arma suscitavit, pro dolor, is, qui aliis pacem curat, pacifici et mansueti magistri discipulus, neque iusiurandum toties nuperrime iuratum reveritus, neque Romanorum calamitatem, quam bello perpessuri essent secum cogitans, sed unum hoc dumtaxat sibi proponens, ut me innoxium e

βουλῶν καὶ συκοφαντιῶν, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὴν τοσαύτην τῶν A.C. 1343
αἱμάτων χύσιν καὶ τὴν αἰχμαλωσίαν τῶν δυστυχῶν Ῥωμαί-
ων καὶ τὰς διαρπαγὰς καὶ τὰς λεηλασίας καὶ τὴν κοινὴν
πανωλεθρίαν, ὡς εἰπεῖν, οὐ πρὸς ἔλεον κατεκάμφθη, οὐδὲ
οἶκτον ἔλαβέ τινα τῶν ἀτυχούντων, ἀλλὰ πάντα μᾶλλον φο-
ρητότερα αὐτῷ, ἢ ἡ πρὸς ἐμὲ εἰρήνη. ἀλλ' ἴσως ἐρεῖ, ὥσπερ
δῆτα πυνθάνομαι καὶ λέγειν, βουλόμενος βασιλίδα μᾶλλον ἐ-
ρεθίζειν πρὸς τὸν πόλεμον, ὡς, ἕως μὲν ὀρθοῖς ἑώρα καὶ δι-
καίοις ἐμὲ χρώμενον λογισμοῖς καὶ τὰ συνοίσοντα τοῖς βα-
σιλέως βουλευόμενον παισὶν, εὔνους ἦν καὶ αὐτὸς καὶ ἐνέ-
μενε τοῖς ὅρκοις. ἐπεὶ δ' ἐξετράπην τῶν δεόντων καὶ εἱλόμην
ἀδικεῖν, δίκαια ποιῶν αὐτὸς ἀμύνεται ὑπὲρ τῶν βασιλέως D
παίδων. καὶ τίς τούτων ἡ ἀπόδειξις, ὦ 'γαθέ; εἰ μὲν γὰρ
ἀρκεῖ μόνον εἰπεῖν, καὶ τοῦτ' ἀρκεῖν ἡγεῖσθαι πρὸς ἀπόδειξιν
τοῦ πράγματος, ὡς λαμπρὸς εἶ καὶ τὰ μέγιστα εὐτύχηκας,
οὕτως ἀπόνως τῶν ἐχθρῶν περιγινόμενος. ἀλλ' οὐ συγχωρή- V. 486
σουσι τὰ καθημέραν πλάσματα καὶ τὸ πρὸς τὰ φαῦλα κατά-
φωρον τῶν ἔργων, τοιαύτην ἔχειν δόξαν παρὰ τοῖς πολλοῖς. εἰ
δὲ τοῦτο μὲν μελαγχολῶντος οὐχ ὅτι λέγειν, ἀλλὰ καὶ οἴεσθαι,
λοιπὸν τοίνυν χωρεῖν πρὸς τοὺς ἐλέγχους. εἰ μὲν οὖν ἐμοί
τι σύνοιδεν αὐτὸς τοιοῦτον, ἐξελεγχέτω φανερῶς· εἰ δ' ἑτέ- P. 607
ρων φησὶν ἀκηκοέναι, παραγέτω τοὺς μάρτυρας. ἀλλ' οὐκ
ἂν ἔχοι, εἰ μὴ συκοφαντεῖν αὖθις ἀνεξέλεγκτα ἐθέλοι. ἐγὼ
δὲ τὴν ἀπὸ τῶν ἔργων παρέξομαι ἐναργεστάτην μαρτυρίαν.

medio tolleret: nec usque hodie insidiarum et obtrectationum satietas illum capit: quin post tantam effusionem sanguinis, post miseros Romanos in servitutem abstractos, post direptiones ac populationes, communeque et ultimum, prope dixerim, exitium, non ad commiserationem flexus est, non aliquam humanitatis significationem erga perditos dedit: sed omnia illi, quam pax mecum, tolerabiliora fuerunt. Atqui dicet fortasse, (quemadmodum dicere illum audio, ut imperatrici ad bellum calcar addat,) se, quamdiu recta et iusta cogitantem et filiis imperatoris studentem viderit, mihi favisse et iurata factitasse, ab officii autem semita detorto me et in scelus abeunte, iure ac merito imperatoris filios contra me defendere. Verum, o bone vir, quonam istuc argumento? Si enim sufficit tantum affirmare, et hoc ad rem demonstrandam satis esse existimari debet, nae tu homo insignis longeque felicissimus es, qui adeo citra laborem hostibus tuis evadas superior. At enim quotidiana figmenta tua et perversae actiones, in quibus deprehensus es, apud multos hanc te habere opinionem non sinent. Sin autem istuc non solum loqui, sed et putare insanorum est, relinquitur, ut probationes afferendae sint. Quare si quippiam huiuscemodi de me novit, palam me redarguat: sin ab alio se accepisse dicat, te-

A.C. 1343 οὔτε γὰρ πρὶν τὸν πόλεμον κινηθῆναι παρ' αὐτῶν, οὔτε βεβουλευμένος, οὔτε πράξας τι πρὸς ἐπιβουλὴν τῶν βασιλέως παίδων ἂν φανείην, οὔτ' εὐθὺς ἠργμένου, ἀλλὰ μετὰ τὴν τῆς μητρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ εἱρκτὴν καὶ τὴν ἀποστέρησιν τῶν ὄντων καὶ τὴν δήμευσιν τῶν φίλων καὶ τῶν συγγενῶν, οὐδ' πρὸς τὸ ἀμύνεσθαι ἐτρεπόμην, ἀλλ' ὁρῶν οἷ κακῶν ὁ πρὸς ἀλλήλους τελευτήσει πόλεμος, ἠχθόμην μὲν κινουμένου καὶ B τοὺς παροξύνοντας ἐν αἰτίαις ἦγον. αὐτὸς δὲ, ὡς εἶχον, μάλιστα ἐσπούδαζον καταλύειν, καὶ πρεσβείαν ὑπὲρ τῆς εἰρήνης ἐποιούμην, καὶ τὴν δίκην ἀπῄτουν, καὶ οὐ παρῃτούμην τὸ μὴ διδόναι δίκας, ἂν ἐλέγχωμαι ἐπιορκῶν. αὐτοῖς δὲ τοσοῦτον ἐμέλησε τοῦ τὰ δίκαια ποιεῖν ἢ πρόνοιάν τινα ποιεῖσθαι τοῦ καταλύεσθαι τὸν πόλεμον, ὥστε ἐπὶ τοῖς πρότερον γεγενημένοις ἐμὲ πολλὰ περιυβρίσαντες καὶ λοιδορησάμενοι ἐπ' ἐκκλησίας, ἔπειτα ἐρεσχελήσαντες καὶ τοὺς πρέσβεις κακώσαντες, ὡς μάλιστα ἀπέπεμψαν ἀπράκτους. μετὰ τοῦτο δὲ ὥσπερ ἔργοις αὐτοῖς βουλόμενοι καταφανὲς ποιεῖν, ὅτι τοῦ C δικαίου μὲν οὐδένα ποιοῦνται λόγον, οὐδὲ προφάσεώς τινος ἕνεκα εὐπροσώπου εἵλοντο τὸν πόλεμον, ἀλλ' ἐμὲ ἀποκτείνειν ἐκ παντὸς τρόπου ἡρημένοι πρόσχημα τοῦ πολέμου τὸν ὑπὲρ βασιλίδος ποιοῦνται ζῆλον, θεσπίσματα πεπόμφασι πανταχῇ τῶν πόλεων πᾶσαν εἴσοδον ἐμοὶ πρὸς αὐτὰς ἀπαγορεύοντα καὶ κοινὸν πολέμιον ἀποδεικνύντα. καὶ οὐ μέχρι τούτου ἔ-

stes producat, quod non poterit: nisi rursum non argumentari, sed sycophantari tantummodo velit. Ego vero ex ipsa re firmamentum petam evidentissimum. Neque enim antequam bellum illi excitarunt, neque statim ut excitarunt, vel meditatum esse, vel fecisse quidquam insidiarum filiis imperatoris, ostendi potest: sed post matris meae filiique carcerem, post mearum fortunarum despoliationem, post amicorum cognatorumque proscriptionem non ad ulciscendum sum aggressus, sed adspiciens, quo malorum bellum mutuum evaderet, dolui quidem ab initio natum esse, et illud quasi flammam irritantes graviter peccare duxi: ipse vero, quantum in me fuit, id exstinguere laboravi et legationem de pace misi et iudicium petivi, nec poenas, si periurii convincerer, deprecatus sum. At ipsis adeo curae non fuit servire iustitiae aut cogitationem aliquam belli comprimendi suscipere, ut supra priores iniurias et maledicta multo maioribus in conventu me onerarint et legatos scommatis illusos insigniterque vexatos sine responso dimiserint. Adhaec velut opere ipso volentes declarare, se contemnere iustitiam, ne colorem tum quidem seu velamentum belli honestum quaesiverunt sed ut me quoquo modo iugularent, ardens imperatricis tuendae studium simulantes, edicta circumquaque per urbes missitarunt, quibus et commune bellum significarent et omni ad eas aditu mihi interdice-

στησαν τὴν ἀτοπίαν, ἀλλὰ καὶ ἐνθάδε διατρίβοντι ἐκέλευον A.C. 1343
τῆς πύλης μὴ προβαίνειν, ἀλλ' οἴκοι καθήμενον, τὴν ἀναι-
ροῦσαν ψῆφον περιμένειν. τί οὖν με πρὸς ταῦτα ποιεῖν ἐ-
χρῆν, πρὸς αὐτῆς τῆς ἀληθείας; συγκαλυψάμενον περιμένειν
τὴν σφαγήν; ἀλλ' οὐκ ἂν ἔδοξα σωφρονοῦντος χρῆσθαι λο-
γισμοῖς, οὕτως ἀκλεῶς καὶ ἀτίμως ἀποθνήσκων, ἀλλὰ κατα- D
πλαγέντα πρὸς τὴν ἀθρόαν τῶν πραγμάτων μεταβολὴν, δοῦ-
λα φρονεῖν καὶ ἀνελεύθερα, καὶ παραδιδόναι παρακοιμωμένῳ
ἐμαυτὸν, ὥστ' ἐπ' ἐξουσίας ἔχειν κακῶς ποιεῖν καὶ εἰς δε-
σμωτήρια ἄγειν, ὥσπερ τὰ ἀνδράποδα ἐκεῖνα, οἳ σφᾶς αὐτοὺς
ἐκείνῳ παραδεδωκότες, οἱ μὲν οἰκοῦσι δεσμωτήρια, δημεύσεις
πρότερον ὑπομείναντες καὶ ἄλλων πεῖραν δυσχερῶν πολλῶν,
οἱ δ' ἐν Καρὸς μοίρᾳ ἄγονται καὶ φέρονται, πᾶν τὸ προσ-
ταττόμενον ὑπ' ἐκείνου ποιεῖν ἔχοντες ἀνάγκην. καὶ ποίων
οὐ θανάτων ἀντάξια μυρίων ταῦτα; ἢ πότε ἂν ὁ ἥλιος ἐπεῖ- P. 608
δε μείζονα καὶ παραδοξοτέραν ἀτοπίαν, ὥστε τὸν ἐκ κοπρίας,
ὅ φασιν, ἄνθρωπον, ὑπ' ἐμοῦ γεγενημένον καὶ μέγα σεμνυνό-
μενον, ἂν καὶ βλέμματος ἐτύγχανε προσηνοῦς, ἢ λόγου τινὸς
δοκοῦντος εὐμενῶς εἰρῆσθαι, τοῦτον ὑβρίζειν ἔχειν εἰς ἐμὲ
καὶ τῇ αὐθαδείᾳ καὶ κακοτροπίᾳ χρῆσθαι; δι' ἃ δὴ πάντα V. 487
σώζειν ἐμαυτὸν εἱλόμην καὶ τοὺς συνόντας· καὶ ὃ πολλά-
κις ὁ μακάριος τῷ ὄντι βασιλεὺς ἐκεῖνος ἠνάγκαζε ποιεῖν,
ὥσπερ πάντες ἴσασι σαφῶς, τοῦτ' ἔπραττον ὑπ' ἐκείνων μά-

rent. Neque intra hos limites se continuit eorum improbitas: quin etiam hic (Didymotichi) versanti mihi imperarunt, ne pedem extra portam urbis efferrem, sed domi sedens sententiam capitalem exspectarem. Quid (per ipsam veritatem quaeso vos) hic me facere oportuit? intra parietes latere et necem exspectare? Quis me non fatuum numeraret, si sic, nulla cum laude, quin potius cum dedecore morerer? An perculsum tam repentina rerum conversione illiberalem ac servilem gerere animum tradereque me praefecto cubiculi, qui iure suo mihi facere male posset et in carcerem trudere, ut alia mancipia, quae ultro se illi tradiderunt? quorum quidam bonis suis ante sub praeconis vocem subiectis et variis acerbitatibus afflictati, carceres incolunt, alii non secus quam Cares aguntur raptanturque, necesse habentes exsequi quodcumque ille mandaverit. Et quibus tandem ac mille mortibus haec aequiparanda non sunt? aut quando sol hac insolentia quidquam vidit insolentius atque inusitatius, ut ex stercore, quod aiunt, homo servus meus, qui multum gloriaretur, si a me placido vultu dignatus aut verbo amiciore appellatus esset, nunc petulanter in me insultare suumque fastum et malignitatem expromere possit? Ob hasce causas me meosque servare volui: et quod saepenumero vere beatus ille imperator urgebat, quodque omnes norunt, inimicis potissimum eo ne-

A.C. 1343 λιστα εἰς τοιαύτην ἀνάγκην συνενηνεγμένος, τῆς κοινῆς ἐμαυτοῦ τε καὶ τῶν ὅλων σωτηρίας ἕνεκα. καὶ ἐξ ἐκείνου ἄχρι
B νῦν οὐδέποτε ἐπαυσάμην περὶ εἰρήνης δεόμενος αὐτῶν. ἀλλ' ἀνθέρικον δοκῶ θερίζειν· πάντα γὰρ αὐτοῖς μᾶλλον, ἢ ἡ εἰρήνη, ἀνεκτά. σκεψώμεθα δὴ πότερος ἀδικῶν φαίνεται καὶ ἐπιορκῶν, ὁ τήν τε ἀρχὴν τοῖς ὅρκοις ἐπιμείνας, ἄχρις οὗ κατὰ κράτος κατελύθησαν ὑπὸ τῶν πολεμούντων, καὶ μέχρι νῦν δεόμενος περὶ εἰρήνης καὶ τὸν πόλεμον ἐθέλων καταθέσθαι, ἢ ὁ μήτε πρότερον, μήθ' ὕστερον τῶν δεόντων μηδὲν φαινόμενος ποιεῖν. ἐπεὶ δέ μοι καὶ τὴν γεγενημένην φθορὰν ὑπὸ τοῦ πολέμου προστρίβεται ὁ πατριάρχης, σκεψώμεθα, τίς
C αἴτιος αὐτῆς. πρῶτον μὲν γὰρ οἴομαι πάντα ὁντινοῦν τῷ ἄρχοντι πολέμου τὴν αἰτίαν τῶν γινομένων ἀναθήσειν· ἀμυνομένῳ γὰρ οὐδέποτε οὐδεὶς ἐνεκάλεσεν, ὅτι διασώζει ἑαυτόν. ἔπειτα ἐξετάσωμεν καὶ τὰ κατὰ μέρος, παρὰ τίνων αἱ δημεύσεις καὶ σφαγαὶ καὶ ἐξορίαι καὶ δεσμωτήρια καὶ στρεβλώσεις. οὐχὶ παρ' αὐτῶν; οὐ δακρύων ἐνέπλησαν τὰς πόλεις πάσας; οὐχ αἱμάτων; οὐχ ὥσπερ κοινοὶ τῶν Ῥωμαίων πολέμιοι περιόντες τοὺς ἑκασταχοῦ ἀρίστους διαφθείρουσιν; οὐ τά τε κοινὰ καὶ τὰ ἴδια τῶν Ῥωμαίων χρήματα ἀνάλωσαν εἰς οὐδὲν δέον; ἐῶ γὰρ λέγειν τὰ ἡμέτερα τοσαῦτα ὄντα, ἃ εἰ μὴ αὐτοὶ διέφθειρον τὸν πόλεμον κεκινηκότες, ὑπὲρ
D τῆς κοινῆς ὠφελείας ἂν ἀνάλωτο, ὥσπερ παρεσκευαζόμην, ἴστω θεὸς ὁ πάντων τῶν ἀδήλων καὶ κρυφίων γνώστης. οὐ

cessitatis me adigentibus, facere et ita meam privatam incolumitatem cum totius rei publicae salute incolumitateque coniungere. Atque ex illo usque nunc pacem eos poscere nunquam destiti. Sed anthericum metere videor: omnia enim illis facilia sunt ferrique possunt, pacem solam pati non possunt. Introspiciamus igitur, uter laesisse ac peierasse videatur: isne, qui a principio iurata servavit, donec hostes per vim fidem fregerunt, et adhuc pacem petit, paratus arma ponere: an quem nec ante, nec post quidquam probabile actitasse constat. Et quoniam patriarcha mihi cladem belli adscribit et hoc me crimine adspergit, age, uter e duobus istius cladis potius auctor sit, consideremus. Primum enim, opinor, unumquemque culpam incommodorum belli in eum transferre, a quo bellum profectum est: nam salutis causa sese tuenti nemo adhuc dicam scripsit. Deinde sigillatim inquiramus, a quibus bonorum publicationes, caedes, exilia, carceres, eculei. Nonne ab ipsis? nonne lacrimis, nonne cruoribus universas civitates repleverunt? Nonne ceu communes Romanorum hostes impune volitantes, ubique optimates contrucidarunt? nonne publicam privatamque Romanorum pecuniam in res nihili profuderunt? Mitto enim dicere nostram, adeo immanem, quam nisi ipsi bello commoto dissipassent, (Deum

πόλεις, τὰς μὲν αὐτοὶ παραδεδώκασι Μυσοῖς, τὰς δ' ἑκόντι A.C. 1343 προεῖντο Τριβαλοῖς; οὐ βαρβάρους αὐτοὶ πρῶτοι τοῖς Ῥωμαίοις ἐπήγαγον Μακεδονίαν κατατρέχοντες καὶ ἐξανδραποδιζόμενοι, ὡς πολεμίαν; οὐ Θρᾴκην πᾶσαν ταῖς συχναῖς αὐτοὶ στρατείαις ἀοίκητον ἀπέδειξαν; οὐ χθὲς καὶ πρώην Μόῤῥαν διέφθειρον, ὡς ὑπ' ἐμοὶ τελοῦσαν; οὐ τὰς κοινὰς προσόδους πάσας ἐποίησαν ἀπολιπεῖν; οὐ τῆς στρατιᾶς τὸ μὲν, ὡς πολέμιον, αὐτοὶ διέφθειραν, τοῦ δὲ ἠμέλησαν, ὡς ὑπόπτου, P. 609 ὀλίγον δὲ ἔτι τὸ λειπόμενον καὶ φαῦλον; ἐμοὶ δὲ τί τοιοῦτον εἴργασται; πλὴν ὅτι ἀμύνομαι ἐπιόντας καὶ Μυσοὺς καὶ Τριβαλοὺς, καὶ τὴν Ῥωμαίων ὑπολειπομένην ἐπάγουσι δύναμιν μὴ δυνάμενος ἀντικαθίστασθαι, ἐξ ἀνάγκης βαρβάρους συμμάχους προσκαλοῦμαι, ὥσπερ ἐδιδάχθην ὑπ' αὐτῶν. ὁπότερος οὖν τῆς φθορᾶς καὶ τῆς λεηλασίας αἴτιος, μᾶλλον δὲ αὐτουργός; οὐχ οὗτοι; συμβαίνει δὲ αὐτοῖς ὥσπερὰν εἴ τις εἰς οὐρανὸν τοξεύων, ἔπειτα περιπειρόμενος ὑπὸ κατιόντων τῶν βελῶν, οὐχ ἑαυτῷ, ἀλλ' οὐρανῷ προσλογίζοιτο τὴν αἰτίαν τῆς πληγῆς. ὅτι μὲν οὖν τήν τε κατὰ τὰς πόλεις ἀμύθητον Ῥωμαίων δυστυχίαν αὐτοὶ εἰργάσαντο καὶ B τοῦ ἀνδραποδισμοῦ καὶ τῆς λεηλασίας τῆς ἄλλης χώρας αἰτιώτατοι αὐτοὶ, μηδ' ἄκροις ὠσὶ παραδεχόμενοι τὴν εἰρήνην, ἵν' ἐμὲ ἀνέλωσι μόνον, ἐκ τούτων δῆλον. ἔπεισι δέ μοι τοῦ

inspectorem occultorum abditorumque omnium testem laudo,) in communi utilitate collocare statueram. Nonne urbes alias quidem Moesis tradiderunt, alias libentes Triballis permiserunt? Nonne barbaros ipsi primi Romanis induxerunt Macedoniamque incursarunt, et in servitutem plurimos abduxerunt? Nonne Thraciam totam crebris expeditionibus velut hostium provinciam vastam ac desertam reddiderunt? Nonne recentissime Morrham, ut a me stantem, deformarunt? Nonne communia vectigalia omnia sustulerunt? Nonne exercitus partem quidem, ut adversariam, ipsi contriverunt, partem, ut suspectam, reliquerunt, quae autem adhuc restat, ea et numero et genere infirma est? Quid ego simile? nisi quod Moesos et Triballos invadentes repello: cumque istas Romanorum reliquias eorum copiis non possim opponere, necessario barbaros, illorum imitatus exemplum, socios mihi adiungo. Utri igitur populationum istarum ac pestis causa exstiterunt, vel potius utri populatores fuerunt ac pestem ipsimet dederunt? Nonne ipsi? quibus perinde contingit, ut, si quis in caelum iaculans, postea telis in se decidentibus vulneratus, non sibi, sed caelo causam plagarum tribueret. Eos igitur Romanis oppidatim, quanta verbis explicari nequit, calamitatem invexisse, totque captivorum tamque direptae regionis maxime reos esse, pacem auribus respuentes, tantum ut me perderent, ex his liquet. Subit autem patriarchae nequitiam

A.C. 1343 πατριάρχου, εἰ δεῖ μὴ μᾶλλον τὴν πονηρίαν, ἢ ἀπραγμοσύ-
νην λέγειν, θαυμάζειν, ὅτι, πολλὰ πολλάκις ἐμοῦ περὶ εἰρήνης
δεηθέντος καὶ μάλιστα αὐτοῦ, οἷα δὴ προστάτου τῆς εἰρήνης
καὶ καθημέραν εἰρήνην πᾶσιν ἐπιλέγοντος, τότε μὲν οὐδέποτε
ἐκάμφθη, οὐδὲ τὰ σπλάγχνα ἔφασκεν ἀνοιγνύναι τὴν ἐκκλη-
V. 488 σίαν, ἀλλ' ἦσαν σκληρότερα χαλκοῦ, νυνὶ δ' ὅτε τῶν πλα-
C σμάτων καὶ ψευδολογιῶν ἀκήκοε παρακοιμωμένου, ὅτι καθ' ἡ-
δονὴν μάλιστά εἰσιν αὐτῷ, ἐξαίφνης πρᾶος καὶ ἥμερος ἀνε-
φάνη. καίτοι γε ἐροίμην αὐτὸν, ὁποίαν τινὰ λέγει τὴν ἐκκλη-
σίαν ταύτην. εἰ μὲν γὰρ τὴν καθόλου τῶν ἐπισκόπων ἀδελ-
φότητα, ἴστω μηδέποτε ἐμοὶ τὰ σπλάγχνα κλείσασαν ἐκείνην,
ἀλλ' ἀνεῳγμένα μοι εἰς τόδε ἐξαρχῆς διατηροῦσαν· οἱ πλεί-
ους γὰρ ἐμοὶ φρονοῦσιν ἴσα, καὶ πολλὴν αὐτῶν ὠμότητα κα-
ταγινώσκουσι τῶν πολέμων καὶ τῶν φόνων ἕνεκα. εἰ δ' αὐ-
τὸν καὶ τοὺς συνόντας τινὰς λέγει, πρῶτα μὲν οὐδ' αὐτοὶ
τοῖς γινομένοις πάντες ἥδονται, ἀλλὰ τῆς ἀπάτης καὶ τῆς
D εἰς τὰ φαῦλα συναρπαγῆς θρηνοῦσιν ἑαυτοὺς, ἔπειτα οὐδ'
ἐκκλησία εἰσὶν οὗτοι, ἀλλὰ τὸ κοινὸν τῶν πεπιστευκότων
ἄθροισμα ἐκκλησία προσηγόρευται· ὧν ὥσπερ ἐξαίρετα οἵ
τε ἐπίσκοποί εἰσι καὶ τῶν μοναζόντων οἱ λογάδες· ὧν μά-
λιστα τὸ ἄριστον καὶ τῶν ὀρθῶν ἐχόμενον λογισμῶν, ἐμοὶ
προσέχουσιν, ὡς δίκαια καὶ λυσιτελοῦντα τῶν Χριστιανῶν τῇ
ἐκκλησίᾳ καὶ προῃρημένῳ ἐξαρχῆς καὶ πράττοντι. οὔτε γοῦν
μοι πρότερον κέκλεικε τὰ σπλάγχνα ἡ ἐκκλησία, οὔτε νῦν

magis, (sic enim magis vocanda est,) quam incuriositatem in negotiis admirari, quod, cum saepe ac multum pacem rogaverim, et ipsum praesertim, ut praesidem ac patronum pacis et quotidie pacem apprecantem omnibus, tum quidem precibus nunquam cesserit neque viscera ecclesiam aperire dixerit: sed erant duriora chalybe: nunc ubi commenta et mendacia praefecti cubiculi audivit, quibus ipsi nihil est iucundius, repente mitis ac mansuetus apparuerit. Tametsi interrogarem libenter, quamnam hanc ecclesiam dicat. Si enim universam episcoporum fraternitatem, sciat illam nunquam viscera clausisse, sed aperta hucusque a principio tenuisse: plures quippe eorum mecum sentiunt, eosque propter bella et caedes multae crudelitatis condemnant. Sin autem se et satellites suos, primum quidem nec ipsi omnes approbant quae fiunt, sed sese circumventos et eodem scelere implicatos deplorant. Deinde non conficiunt ipsi ecclesiam, verum tota fidelium frequentia ecclesia vocatur: cuius velut praecipuae et eximiae partes sunt episcopi et monachorum coetus lectissimi: quorum ut quisque est optimus et rectissime sentiens, ita maxime idem, quod ego, sentit, ut qui ecclesiae Christianae inde ab initio aequum et utilem me voluntate et opere exhibeam. Non igitur mihi prius viscera clausit ecclesia, ne-

ἀνοίγνυσιν, ἀλλ' αὐτὸς ἐπιορκήσας καὶ συκοφαντήσας καὶ A.C. 1343 τὸν πόλεμον κεκινηκὼς, ἃ πρότερον οὐκ ἠδυνήθη διὰ τῶν πολλῶν αἱμάτων καὶ τῶν ἀνηκέστων καταπράξασθαι κακῶν, τὸ ἐμὲ διαφθεῖραι, ταῦτα νῦν ἐλπίσας ἐκ τῶν ψευδολογιῶν P. 610 τοῦ φίλου, ἤνοιξεν, ὥς φησι, τὰ σπλάγχνα, οὐχ ἵνα φιλανθρώπως δέξηται, (τοῦτο γὰρ ἐκ πολλοῦ δεόμενος αὐτὸς οὐκ εἰσακούομαι,) ἀλλ' ἵνα καταπίῃ. ταῦτα μὲν οὖν εἰ καὶ τραχύτερόν πως δοκεῖ εἰρῆσθαι, συγγνώμη τῷ πάθει. ψυχὴ γὰρ ὑπὸ πολλῶν ἀδικημάτων πιεσθεῖσα καὶ κατώδυνος τοιαῦτα ἂν ἐξενέγκοι καὶ πολλῷ τραχύτερα. πρὸς τοῖς ἄλλοις δὲ καὶ τὸ ἐπιτίμιόν φησιν ἐμοὶ λύσειν χαριζόμενος. εἰ μὲν οὖν εἰδὼς, ἃ δεῖ περὶ τῶν ἐπιτιμίων, τοιαῦτα πλάττεται καὶ οἴεται ἐξαπατᾷν, συγγνώμη πολλὴ τὸ εἰωθὸς ποιοῦντι· εἰ δ' ἀγνοεῖ τὴν δύναμιν, ἣν ἔχει περὶ τὰ τοιαῦτα, ὅπερ οἴομαι καὶ μάλιστα, ἐγὼ διδάξω. τῶν ἀνθρώπων οἱ μὲν ὀρθῶς B βιοῦσι καὶ νόμοις προσέχουσι θεοῦ καὶ περὶ τὴν πίστιν ἀσφαλεῖς εἰσιν, οἱ δὲ τοὐναντίον ἅπαν. ὅσοις οὖν ἢ ἀσέλγειαι ἢ ἐπιορκίαι ἢ φόνοι ἤ τι τῶν ἀπηγορευμένων ἕτερον τολμᾶται ἢ περὶ τὴν πίστιν σφάλλονται, δόγμασι προσέχοντες πονηροῖς καὶ διεφθαρμένοις, οὗτοι τῆς μερίδος ἑαυτοὺς ἠλλοτριώκασι τοῦ Χριστοῦ· οὐδεμία γὰρ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος. οἱ ἀρχιερεῖς δὲ τῶν θείων θελημάτων εἰσὶν ἐκφάντορες καὶ διδακτικοὶ καὶ προνοητικοὶ τῶν ἄλλων. πρῶτοι

17. ἢ ἀσέλγειαι add. M.

quae nunc reserat: sed ipse periurus et calumniator et belli incentor, quod antea per multas caedes et iniurias atrocissimas efficere nequivit, ut me interimeret, id nunc ex mendaciis amici se assecuturum confisus, viscera aperit, ut ait, non ut humaniter me accipiat, (hoc enim pridem ipse obsecrans non exaudior,) sed ut me devoret. Haec si aliquanto aculeatius dicta videantur, affectus meretur veniam. Animus enim pluribus pressus et exulceratus iniuriis, talia et multo etiam asperiora solet edere. Praeter cetera etiam poenam anathematis mihi condonaturum pollicetur. Si igitur de poenis rem tenens, ut debet, haec fingit et me decepturum sperat, volens antiquum obtinenti ignosco. Sin autem, quid sibi in his liceat, ignorat, ut equidem reor, ego ipsum docebo. Homines quidam vitam sancte et divinis legibus convenienter instituunt, atque in religione firmi ac stabiles sunt: quidam prorsus contraria via gradiuntur. Quotcumque igitur aut libidine aut periurio aut homicidio aut alio quopiam interdictorum se contaminant, aut in fidei doctrina errore aliquo ducuntur, hi sese a Christi parte abalienarunt: nulla quippe societas luci ad tenebras. Episcopi autem divinae voluntatis interpretes et doctores sunt. Itaque illi primi a spiritu docti, quinam propter pertinaciam in malo a Deo praecisi sint,

A.C. 1343 οὖν ἐκεῖνοι παρὰ τοῦ πνεύματος διδασκόμενοι τοὺς ἀπὸ θεοῦ
κεχωρισμένους διὰ τὴν περὶ τὰ φαῦλα ἐπιμονὴν, διδάσκουσι
τοὺς ἄλλους, μὴ αὐτοῖς συναναμίγνυσθαι, μηδὲ συνεσθίειν,
C μηδὲ συνεύχεσθαι, ὡς ἀπὸ θεοῦ κεχωρισμένοις, ἵν' ἢ ἐκεῖ-
νοι ἐπιστρέφωσιν ἀπὸ τῶν φαύλων, αἰσχυνόμενοι τὸν χωρι-
σμὸν, ἢ οὗτοι μὴ βλάπτωνται ἐκ τῆς ἐκείνων συνδιαγωγῆς.
ῥᾷον γὰρ ἄν τις μεταλάβοι κακίας, ἢ μεταδῴ τῆς ἀρετῆς.
εἰ δ' ἐκεῖνο προβάλλεται, τί οὖν ὁ Χριστὸς εἶπε „πάντα ὅσα
ἂν δήσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται δεδεμένα ἐν τῷ οὐρανῷ;" ἀλλ'
αὐτοῦ τοῦ μακαρίου Πέτρου ἀκουέτω, πρὸς ὃν ἡ ἐξουσία
δέδοται, Κλήμεντι τῷ διαδόχῳ παραγγέλλοντος διαῤῥήδην,
ὅτι „λύσεις, ἃ προσῆκον, ὁμοίως καὶ δήσεις," ὡς τὸν μὲν Χρι-
V. 489 στὸν πρὸς ἐκεῖνον ἀπολύτως εἰπεῖν τὸν λόγον, εἰδότα ἀκρι-
D βῶς, ὡς οὐδὲν δήσει τῶν ἀξίων μὴ δεδέσθαι· Πέτρον δὲ
αὖθις, παρ' αὐτοῦ τοῦ διδασκάλου ἐμπνεόμενον, καὶ τὸν διο-
ρισμὸν προσθεῖναι τοῦ ὅσα δεῖ, δείσαντα, ὡς ἔοικε, μὴ ὕ-
στερόν ποτε ἡ τοιαύτη ἐπεισέλθῃ νόσος, καὶ νομίσωσιν οἱ
ἀρχιερεῖς ἐξουσίαν ἔχειν χωρίζειν, οὓς ἂν ἐθέλωσιν, ἀπὸ θεοῦ
ἰδίων ἕνεκα ἐγκλημάτων καὶ παθῶν. ὃ νῦν πέπονθε καὶ οὗτος
τὴν οἰκείαν ἀγνοήσας δύναμιν. δῆλον οὖν, ὡς, ἄν τις ἄξια
ποιῇ χωρισμοῦ θεοῦ, καὶ πρὶν τοὺς ἀρχιερέας φανερὸν ποι-
P. 611 εῖν τοῖς ἄλλοις, ἐκεῖνος ἀπὸ θεοῦ κεχώρισται, ὥσπερ τῷ
τῆς Ἀλεξανδρέων ἡγουμένῳ ἐκκλησίας Πέτρῳ τῷ μακαρίῳ

4. συνέχεσθαι M.

alios docent, ne cum ipsis commisceantur, neque cibum simul capiant, neque ipsis, ut a Deo separatis, adhaereant: quo separatione ista pudefacti aut resipiscant, aut alii ex eorum consuetudine nihil detrimenti accipiant: proclivius enim est a vitio, quam a virtute similitudinem trahere. Quod si obiiciat, quorsum igitur Christus dixit: Omnia quaecumque ligaveritis super terram, erunt ligata et in coelis? at sanctum Petrum ipsum audiat, cuius gratia potestas data sit. Is Clementi successori suo perspicue ita praecipit: Solves et ligabis, quae fas est. Ut Christus quidem Petro absolute mandet, utpote sciens, neminem immerentem ligaturum: Petrus autem postea, a magistro ipso instinctus, certos terminos constituat. Timuit, ut videtur, ne olim morbus talis irreperet, putarentque episcopi, propter privatas querimonias et animorum suorum perturbationes auctoritatem se habere, a Deo separandi quos luberet: quod in praesens isti usum potestatis suae nescienti accidit. Pater itaque, si quis ut a divina communione secludatur commeruerit, etiam antequam id episcopi aliis palam faciant, a Deo abiectum et seclusum esse: quemadmodum dio Petro Alexandrino pontifici de Ario contra Christum furente prius etiam, quam a sacra synodo praescinderetur, a reliquae ecclesiae corpore a Deo amputatum, et ge-

Ἀρεῖος ὁ κατὰ Χριστοῦ μανεὶς, καὶ πρὸ τῆς συνόδου τῆς A. C. 1343
ἱερᾶς καὶ τῆς ἐκτομῆς τοῦ λοιποῦ τῆς ἐκκλησίας σώματος, ἐκτετμημένος παρὰ θεοῦ ἀπεκαλύφθη καὶ γεέννης ἄξιος καὶ τῆς ἐν ᾅδου καταδίκης· ἄν τε μηδὲν τοιοῦτον εἰργασμένος φαίνηται, ἀλλὰ νόμοις θεοῦ προσέχων καὶ ταῖς ἐντολαῖς, αἳ μάλιστα μέλος εἶναι Χριστοῦ ποιοῦσιν, οὐκ ἂν ἀπ' ἐκείνου χωρισθείη, ἂν πάθους ἕνεκα ἰδίου οἱ ἀρχιερεῖς χωρίζωσιν. ὁ γὰρ μέγας λαμπτὴρ τῆς οἰκουμένης Ἰωάννης ὁ χρυ- B
σοῦς τὴν γλῶτταν, τῆς ποίμνης ἀδίκως ὑπὸ τῶν ἐπισκόπων ἀπελαθεὶς καὶ πολλοῖς κακοῖς προσομιλήσας καὶ ἀφορισμῷ καὶ ἀναθέματι ὑποβληθεὶς, οὐδὲν ἀπέβαλε τῆς δόξης· ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν εἰς ἀεὶ Χριστῷ σύνεστι συνδοξαζόμενος, οἱ ἐκτεμόντες δὲ μᾶλλον ἑαυτοὺς τῆς δόξης ἠλλοτρίωσαν τοῦ θεοῦ, φθόνῳ καὶ συκοφαντίᾳ καὶ διαβολῇ καὶ μυρίοις ἄλλοις πάθεσιν ἐκδότους ἑαυτοὺς πεποιηκότες. εἰ μὲν οὖν τι καὶ αὐτὸς ἐμοῦ τοιοῦτον ἔχει κατηγορεῖν, οἷον εἶναι ἄξιον ἀπὸ θεοῦ χωρίζειν, λεγέτω καὶ δεικνύτω, καὶ τήν τε ἐπιτίμησιν οἴσω πρᾴως καὶ πρὸς τῶν ἡμαρτημένων τὴν ἐπανόρθωσιν πᾶσαν ἐπιδείξομαι σπουδήν. εἰ δ' οἰκείας ἀβουλίας ἕνεκα καὶ φθόνου καὶ συκοφαντίας, ὅτι μὴ παρέσχον κατασφάτ- C
τειν ἐμαυτὸν, ἀπὸ θεοῦ χωρίζειν ἔγνω, σκοπείτω, μὴ οὐ δι' ἐμοῦ μᾶλλον, ἢ ἑαυτοῦ τὸ ξίφος ὤθησεν· οὐ γὰρ, Διονύσιος ὁ μέγας, ἕπεσθαί, φησι, τὸ θεῖον ταῖς παραλόγοις τῶν ἀρ-

7. οἱ om. P. 19. οἰκίας P.

henna inferorumque suppliciis dignum esse, divinitus demonstratum est. Si vero nihil tale fecisse certum sit, sed eum divinis parere praeceptis, quae maxime efficiunt, ut in membris Christi numeremur, non utique ab illo separabitur, si motu aliquo turbido et a ratione averso episcopi illum fidelium communitate prohibuerint. Magnum enim orbis terrarum lumen, Ioannes ille oris aurei, per nefas a grege suo episcoporum sententia inique depulsus ac pluribus miseriis opertus et anathemate percussus, de gloria sua nec hilum amisit. Verum is quidem cum Christo semper vivit et cum eodem honoratur: qui autem illum communione multarunt, magis semet ipsos a Dei gloria alienarunt, invidia, sycophantia, obtrectatione et aliis vitiosis motionibus, quibus se subiecerant vel trecentis. Ergo si ipse quippiam huiusmodi mihi potest obiicere, quod me a Deo iure separet, proferat, ostendat, et poenam modice feram atque ad emendationem peccatorum meorum omnem diligentiam adhibebo Si autem sua ipsius dementia, invidia et sycophantia incitatus, quia me illi iugulandum tradere nolui, a Deo separare me statuit, videat, ne in se potius, quam in me, gladium defixerit. Nam ut praeclare scriptum exstat apud magnum Dionysium, divinum numen cum ratione pugnantes episcoporum affectiones non sequitur.

A.C. 1343 χιερέων ὁρμαῖς. εἰ δέ τις δέον εἶναι λέγοι, κἂν ὅπως ποτὲ εἶχε τὰ τοῦ πράγματος φροντίδος ἀξίαν ἡγήσασθαι τὴν ἐπιτίμησιν, καὶ περὶ τὴν διάλυσιν σπουδὴν πολλὴν εἰσενεγκεῖν, ἀλλ' ἐμοὶ κἂν τούτῳ τῶν δεόντων παραλέλειπται οὐδὲν, ἀλλὰ πολλὰ πολλάκις περὶ τῶν τοιούτων δεηθέντι, οὐδὲν οὐ- D δέπω, οὔτε πρότερον, οὔτε νῦν ἐπιεικὲς ἐλέχθη. ὡς μὲν οὖν εὐθὺς ἐξαρχῆς ἐγώ τε τὰ δίκαια εἰλόμην καὶ τὰ κοινῇ λυσιτελοῦντα ἔπραττον, καὶ οὗτοι πολλὰς συκοφαντίας καὶ διαβολὰς πλασάμενοι τὸν πόλεμον κεκινήκασι, καὶ πολλὰ Ῥωμαίους εἰργάσαντο κακὰ, μᾶλλον δὲ συμπάντων αἴτιοι κατέστησαν, τὰ μὲν αὐτοχειρίᾳ πεποιηκότες αὐτοὶ, τὰ δ' ἐμὲ ἀναγκάζοντες οὐκ ἐθέλοντα, μάλιστ' ἄν τις ἐκ τῶν εἰρημένων σαφέστατα κατίδοι. ὅτι δὲ καὶ νῦν οὐ τὴν εἰρήνην ᾑρημένοι οὐδ' ἔλεόν τινα λαβόντες τῶν πιπτόντων καθ' ἡμέραν, ἀλλ' ἐμὲ πρὸς τοῖς ἄλλοις ὑποχείριον λαβεῖν βουλόμενοι καὶ P. 612 τὴν σύμπασαν αὐτοὶ Ῥωμαίων ἀρχὴν ἔχειν, (τοῦτο γὰρ αὐτοῖς σπουδάζεται περὶ πλείστου, ἕτερον δὲ οὐδὲν,) τὴν πρεσβείαν ταυτηνὶ πεποίηνται, ἐκ τῶν πρεσβευομένων αὐτῶν δῆλον. εἰ γάρ τι ἐπιεικὲς καὶ λυσιτελὲς ἐνενόουν τῷ κοινῷ, οὐκ ἂν οὕτως ἐκείνῳ τῷ συκοφάντῃ καὶ ἀεὶ καταψευδομένῳ V. 490 ῥᾷστα πειθόμενοι ὑπάγειν ἐπεχείρουν ἑαυτοῖς καὶ καταδουλοῦν ἐμέ· ὅς εἰ μή τι ἄλλο, διὰ τὸ γοῦν ἐπὶ τοσοῦτον χρόνον τὰ Ῥωμαίων διοικεῖν, βέλτιον ἂν τοῖς πράγμασι χρησαίμην καὶ λυσιτελέστερον αὐτῶν. πατριάρχῃ μὲν οὖν καὶ

Si quis occurrat, utut se res habeat, non esse parvi pendendam illam poenam ecclesiasticam: sed ut ea solvare, multum in eo studii ponendum, aio etiam in hoc mearum partium nihil praetermisisse: sed saepe et impense id orantem nullum unquam hucusque responsum ex aequo et bono impetrasse. Quemadmodum igitur ego inde usque a principio a iustitia non deflexerim, et quae ad commune emolumentum spectarent fecerim, isti vero sycophantiis et obtrectationibus tam crebris bellum conflaverint, Romanosque malis plurimis involverint: immo vero malorum omnium fontes et radices fuerint, et alia quidem per se intulerint, alia me inferre coëgerint, ex dictis perspicere facillimum est. Quod autem nunc quoque haud pacem cupiant, nec quotidie pereuntium misericordia tangantur, sed me praeter ceteras iniurias in potestatem redigere desiderent, ut ipsi in totum imperium Romanum dominentur, (hoc enim etiam atque etiam contendunt, nec alia de causa hanc legationem instituerunt,) ex iis, quae postulant, planum evadit. Nam si quid moderatum et rei publicae fructuosum meditarentur, non tam prompte illi vanissimo criminatori obsequentes, me sibi subiicere atque ut servum subiugare tentavissent: qui si non aliud, certe quidem quod

τοῖς ἄλλοις οὐδενὸς ἐμέλησεν ἑτέρου, ἢ ὃ προὔθεντο ἐξαρ- A.C. 1343
χῆς εὐθὺς, τὸ διαφθείρειν ἐμὲ καὶ ποιεῖν ἐκ μέσου, ἵν' ἄρ- B
χειν ἀδεῶς ἔχοιεν αὐτοί. ἐγὼ δὲ τοῦ κοινῇ λυσιτελοῦντος
ἕνεκα, ὥσπερ καὶ ἀεὶ, καὶ βούλομαί τε καὶ περὶ πλείστου
ἄγω τὴν εἰρήνην, εἴ γε βούλοιντο καὶ αὐτοὶ τῶν πλασμάτων
καὶ ψευδολογιῶν ἀποστάντες παρακοιμωμένου διαλύσεις τί-
θεσθαι. εἰ δ' αὖθις αὐτοὶ τὸν πόλεμον κινοῖεν, μὴ ἐμοὶ τὰ
ἐσόμενα κακὰ ἐκ τοῦ πολέμου προσλογίζεσθαι, ἀλλ' ἑαυ-
τοῖς, πολλῷ τῶν προϋπηργμένων δεινότερα, ὡς ὁρῶ, ἐσό-
μενα. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ Μυσοῖς καὶ Τριβαλοῖς πόλεις καὶ
χώρας καταπροϊέμενοι συμμάχους ἐποιήσαντο, οἷς ἐπ' ἐμὲ
διανοοῦνται χρῆσθαι. οἷς ἀνθίστασθαι οὐκ ἂν δυναίμην
μετὰ Ῥωμαίων τῶν παρόντων· λείπεται δὴ κἀμὲ συμμαχίαν
ἑαυτῷ πορίζειν, ἣ τοῖς πολεμοῦσιν ἀντιστήσεται καὶ διαφθε- C
ρεῖ. οὐ γὰρ ἑκὼν εἶναι προήσομαι τὴν ἐμαυτοῦ καὶ τῶν
συνόντων σωτηρίαν. αὕτη δὲ οὐδαμόθεν ἄλλοθεν παρέσται,
ἢ ἐξ Ἀσίας Περσική· οἳ βάρβαροί τε ὄντες καὶ ἀπ' ἐναντίας
ἡμῖν περὶ τὸ σέβας διακείμενοι οὐδεμίαν φειδὼ ποιήσονται
τῶν ἐμπιπτόντων ταῖς χερσὶν, ἀλλὰ τοὺς μὲν ἀποκτενοῦσι,
τοὺς δὲ ἐπὶ δουλείᾳ ἀποδώσονται. εἰ μὲν οὖν τινα τῶν μελ-
λόντων διαφθείρεσθαι ἔλεον λαβόντες πρὸς τὴν εἰρήνην ἐθέ-
λωσι χωρεῖν, κἀγὼ μάλιστα βουλοίμην ἂν, καὶ ἐν ἡμέραις
πεντεκαίδεκα πεμπέτωσαν τοὺς ἐροῦντας, ὅτι διαλύεσθαι συν-

20. οὖν add. M.

tamdiu rem Romanam administravi, melius et utilius, quam ipsi, hoc munus obirem. Patriarchae igitur et sociis nihil aliud in studio fuit, quam quod sibi a principio proposuerunt, me nimirum hac luce privare, quo ipsi securius imperare queant. At ego boni communis gratia, quod spectavi semper, pacis sum percupidus eamque facio maximi: si modo et ipsi a figmentis et mendaciis praefecti cubiculi recedentes eam complecti velint. Si bellum instaurarint, ne mihi emersura inde mala, praecedentibus, ut auguror, longe graviora, sed sibi tribuant: quando ipsi Moesis et Triballis urbes et regiones quasi praedam obiecerunt et adversum me auxiliares adsciverunt; quibus quia resistere cum Romanis, quos duco, non valeo, superest, ut et mihi auxilia ad hostes meos debellandos firma comparem: nolo quippe meam meorumque salutem prodere. Ea vero auxilia non aliunde, quam Persarum ex Asia suppeditabunt: qui et barbari et sacrorum cultu nobis dissimiles obviis non parcent, sed alios quidem trucidabunt, alios in servitutem vendent. Quare si periturorum miseratione commoti, ad pacem dare se volent, id ego quoque summopere vehementerque velim: et diebus quindecim mittant, qui me de consensu illorum super hac re certiorem faciat, ut ipse similiter mittam barbarosque iam paratos in

A.C. 1343 ἔθεντο, ὡς ἂν πέμψας κἀγὼ κωλύσω τοὺς βαρβάρους μὴ
D περαιοῦσθαι πρὸς τὴν Θρᾴκην· παρεσκευασμένοι γάρ εἰσιν.
ὕστερον δὲ ἐφ' οἷστισιν ἡ εἰρήνη ἔσται θησόμεθα συμβάσεις
πρὸς ἀλλήλους. εἰ δ' αὖθις ψηφισάμενοι πολεμεῖν μηδὲν
ἀποκρινοῦνται πλέον, ἐγὼ μὲν μετὰ τὴν προθεσμίαν οὐδενὸς
ὧν ἔγνωκα λυσιτελεῖν ἐμαυτῷ ἀφέξομαι, καὶ θεὸν μαρτυ-
ρόμενος καὶ ἀνθρώπους, ὡς ἄκων εἰς τὸν πόλεμον χωρῶ
καὶ τῶν ἐσομένων κακῶν οὐδενὸς τό γε εἰς ἐμὲ ἧκον αἴτιός
εἰμι. αὐτοὶ δ' εἰ μή τι ἄλλο, τῶν γοῦν πόλεων πρόνοιάν
τινα ποιείσθωσαν τῶν αὐτοῖς προσεχουσῶν, ἵνα μὴ παντά-
πασι διαφθαρῶσιν ὑπὸ τῶν βαρβάρων· τὴν γὰρ ἐκείνων συμ-
φορὰν ἐν τοσαύτῃ φροντίδι τίθεμαι, ὅσην καὶ τῶν ὑπ' ἐμέ."
τοιαύτην ὁ βασιλεὺς πρὸς τοὺς πρέσβεις ὑπὲρ ὧν ὁ πατριάρ-
P. 613 χης κατηγόρει τὴν ἀπολογίαν θέμενος, ἔπειτα γράψας καὶ τὰ
ἴσα πρός τε πατριάρχην καὶ τοὺς ἄλλους, καὶ Χρυσοβέργην
τὸν Ἰωάννην συνεξέπεμπεν αὐτοῖς εἰς βασιλίδα πρεσβευτήν.

οε'. Ἔτι δ' ἐν Διδυμοτείχῳ τῶν πρέσβεων διατριβόν-
B των, ἧκον ἐκ Φερῶν πρὸς βασιλέα πρεσβευταὶ, πρῶτα μὲν
V. 491 παραιτούμενοι ἐφ' οἷς πρὸς αὐτὸν ἠγνωμονήκασι, μὴ μόνον
οὐ πειθόμενοι τὰ βελτίω συμβουλεύοντι, ἀλλὰ καὶ τὸν ἥκοντα
παρ' αὐτοῦ πρεσβευτὴν ἀπεκτονότες, ἔπειτα δὲ καὶ τὰς συμ-
φορὰς ἐξετραγῴδουν, αἷς περιπεπτώκασιν ἐξ ἀβουλίας, καὶ
ἐδέοντο σφίσι βοηθεῖν, ὡς, εἰ μὴ παρ' αὐτοῦ τινος ἐπικουρίας
τύχοιεν, ἄρδην ἀπολούμενοι. μετὰ γὰρ τὴν βασιλέως ἐκεῖθεν
ἀναχώρησιν περιστρατοπεδευσάμενος ὁ Κράλης, τὴν μὲν

Thraciam transmittere ne sinam. De conditionibus postea inter nos conveniet. Sin renovare bellum mavolent ac nihil respondebunt, equidem post diem praestitutum, quod in rem meam sit, nihil omittam, Deum hominesque testatus, me ad arma ingratiis redire et imminentium cladium, quod ad me attinet, nullius causam esse: ipsi vero saltem urbibus suis caveant, ne a barbaris penitus conquassentur: quarum calamitas non minus, quam mearum, mihi curae ac sollicitudini est. Haec ubi imperator legatis super criminationibus patriarchae respondit, ad eundem et alios de iisdem rebus litteras dedit, ac Ioannem Chrysobergem una cum legatis ad imperatricem misit.

75. Legati Didymoticho nondum excesserant, cum alii Pheris superveniunt, qui ante omnia veniam sceleris sui imperatorem rogant, quod non solum meliora consulenti non paruissent, sed insuper legatum eius mactavissent. Deinde miserias, in quas stultitia sua praecipitassent, tragice commemorant: opem flagitant, quam nisi ab ipso consequantur, funditus perituros. Etenim postquam inde discesserit, Cralem ipsos cinxisse, regionemque ferro et igni

χώραν ἔτεμε καὶ ἐδῄωσε κατὰ κράτος, τὴν πόλιν δὲ εἰς τοσοῦτον A.C. 1343 ἤγαγεν ἀπορίας πολιορκῶν ἐπὶ συχνόν τινα χρόνον C ἐφεξῆς, ὡς κινδυνεύειν ἤδη παρανάλωμα λιμοῦ γενέσθαι. Φεραῖοι δὲ ἐν χρῷ κινδύνου ἤδη καθεστῶτες, μόλις τὰ λυσιτελοῦντα συνεώρων, (παθὼν γὰρ νήπιος ἔγνω,) καὶ ἐπεψηφίσαντο Καντακουζηνῷ τῷ βασιλεῖ προσχωρεῖν, ὡς τῆς εἰς ἐκεῖνον φιλίας ἀνήσοντα Κράλην τὴν πολιορκίαν· ὅπερ καὶ ἐγίνετο. μετὰ γὰρ τὴν βασιλέως εὐφημίαν καὶ τὴν μνήμην τὴν ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀνακωχήν τινα παρέσχετο ὁ Κράλης τοῦ πολέμου, καὶ οὐ πολὺ τῆς πόλεως ἄπωθεν ἐστρατοπεδεύετο ἐλθών. ὅσοι δὲ βασιλέως ἦσαν φίλοι τῶν ἐν τέλει D Τριβαλῶν, συνεβούλευον Φεραίοις τάχιστα ἐλθόντας πρὸς ἐκεῖνον ἄρχοντα τῇ πόλει δέχεσθαι, ὡς ἀφεξομένου παντάπασι τοῦ Κράλη, εἰ τοιαῦτα γένοιτο. τούτου μὲν οὖν ἕνεκα ἧκον οἱ Φεραῖοι καὶ ἐδέοντο βασιλέως δεδακρυμένοι πέμπειν σφίσιν ἄρχοντα καὶ ἀπαλλάττειν τοῦ κινδύνου. βασιλεὺς δὲ τό,τε ἄστατον τῆς τῶν ἀνθρώπων τύχης συνορῶν, (οἱ γὰρ πρὶν μεγάλα φυσῶντες καὶ οὐδ' ἄκροις ὠσὶ δεχόμενοι τὴν ὑπὸ βασιλεῖ δουλείαν, ἀλλὰ καὶ τὸν πρεσβευτὴν ὠμῶς καὶ ἀπανθρώπως κατατεμόντες καὶ πολλὴν ἐπιδειξάμενοι αὐθάδειαν καὶ θρασύτητα, νῦν ἥκουσι ταπεινοὶ καὶ δεδακρυμένοι, P. 614 ὑπὸ μεγάλων πιεσθέντες συμφορῶν, καὶ δεόμενοι ἐκεῖνα, ἃ εἰ τότε αὐτοῦ συμβουλεύοντος ἐπείθοντο, οὐκ ἂν εἰς τοιαύτας κατέστησαν ἀνάγκας,) ἔπειτα ἐννοῶν

hostiliter devastasse: urbem continenti ac longinqua obsidione ad eam alimentorum penuriam redegisse, ut iam periculum sit, ne fame ad extremum consumpti intereant. Ita Pheraei medio iam in discrimine vix tandem, quid expediret, videbant: malo enim accepto stultus sapit. Et scitum fecerant, ut in Cantacuzeni ditionem se conferrent, utpote Crale ob amicitiam, qua cum illo devinctus esset, obsidionem laxaturo; id quod est factum. Nam ut ei tamquam imperatori faustum acclamarunt eiusque in sacris meminerunt, Crales inducias aliquantas fecit et nonnihil ab urbe recedens castra posuit. Quicumque vero de Triballis proceribus imperatori bene volebant, Pheraeos monebant, ut quam citissime eum adirent praefectumque ab eo acciperent: sic namque Cralem omnimodis obsidionem soluturum. Veniunt Pheraei et flentes imperatorem obsecrant, ut praefecto dato, periculo eos liberet. Imperator humanae fortunae mutabilitatem perpendens, (qui enim prius superbia inflati nec verbum audire de subiectione sustinuerant, quin etiam legatum crudeliter immaniterque dissecuerant, et se perquam contumaces ac praefidentes ostenderant, ii nunc humiles et perfusi lacrimis, pressi calamitatibus veniebant, et illa petebant, in quibus si tunc utiliter

A. C. 1343 καὶ οἵας πόλεως πάντα ἀρίστης ἡ Ῥωμαίων ἡγεμονία ἀπο-
στερεῖσθαι μέλλει, ἐδάκρυσε μὲν ἐπὶ μικρὸν, εἶτα ἐχρημά-
τιζε τοῖς πρέσβεσι, καὶ τῶν τε ἡμαρτημένων παρείχετο συγ-
γνώμην καὶ χρηστότερα ἐλπίζειν ὑπετίθει, ὡς πᾶν ὁτιοῦν
ὑπὲρ αὐτῶν ποιήσων. ἐκείνους μὲν οὖν οὕτως ἐψυχαγώγει
λόγοις ἐκ τῆς πολλῆς ἀθυμίας ἀνακτώμενος. τοὺς ἐκ Βυζαν-
τίου δὲ αὖθις πρέσβεις μετακαλεσάμενος, „ὁρᾶτε" εἶπεν „οἵων
B συμφορῶν Ῥωμαίοις ὁ πόλεμος κατέστη. τὰς γὰρ ἑσπερίους
ἤδη πάσας πόλεις ἐποιήσαντο ὑφ' ἑαυτοῖς οἱ Τριβαλοί. δέ-
V. 492 δοικα δὲ μὴ, τούτου μηκυνομένου, καὶ Μακεδονίας ἄρξωσι
παντάπασιν. ἤδη γὰρ οὐκ ὀλίγας ἔχουσι. Φεραῖοι δὲ ὥσπερ
ἠκούσατε παρὰ τῶν πρέσβεων, εἰ μή τινος παρ' ἡμῶν ἐπι-
κουρίας τύχωσιν, οὐκ ἂν ἔτι πρὸς τὸν πόλεμον ἀντέχειν
δύναιντο, λιμῷ καὶ πολιορκίᾳ πιεσθέντες. ἔξεστιν οὖν ὑμῖν
ἤδη τὸ τοῦ πολέμου κέρδος συνορᾷν, ἐγὼ δὲ ὑμῶν θαυμά-
ζω, ὅθεν οἴεσθε δύνασθαι βασιλείαν ἔχειν, τῶν συνεχόντων
αὐτὴν εὐποροῦντες οὐδενός. οὔτε γάρ ἐστιν ἐν ὑμῖν, ὃς ἂν
τῶν ἄλλων ἄρχειν δύναιτο καὶ πρόνοιαν ποιεῖσθαι τῶν κοι-
C νῶν, εἰ μή πού γε φαίητε παρακοιμώμενον. οὔτε γὰρ βα-
σιλεὺς διὰ τὴν ἡλικίαν τὴν Ῥωμαίων ἄγειν δύναται ἀρχὴν,
ἥ τε βασιλὶς ἡ τούτου μήτηρ οὐ διὰ τὴν γυναικείαν ἀσθέ-
νειαν μόνον, οὐ γὰρ ἂν ἐξαρκοίη πρὸς τοσοῦτον πραγμάτων
ὄγκον, ἀλλὰ καὶ τὸ τὴν ἐξουσίαν ὑπὸ τῶν ἀρχόντων περι-
ῃρῆσθαι, ὥσπερ ἐν φρουρᾷ διάγει τοῖς βασιλείοις, ὀλίγον

suadenti obtemperassent, in tam acerbos casus nunquam incidissent,) deinde considerans, qualem urbem, nempe modis omnibus praestantissimam, Romanum imperium amitteret, continere lacrimas non potuit. Tum legatis respondens veniam commissorum dedit bonoque animo esse iussit, se eorum causa facturum omnia. Istiusmodi verbis eos deliniebat, et ex magnis angoribus ac desperatione recreabat: iterumque Byzantinos legatos accersens, Videtis, inquiebat, quas aerumnas Romanis bellum hoc genuerit? Occidentales enim urbes universas suae ditionis ac potestatis Triballi fecerunt: timeo, ne etiam tota Macedonia potiantur, cuius oppida in praesens non pauca obtinent. At Pheraei, quod ex ore legatorum percepistis, a fame et hoste simul obsessi, nisi a nobis succurratur, diutius se tueri non poterunt. Licet igitur iam, quantum lucri e bello factum sit, discere. Equidem miror, unde putetis posse vos imperium retinere, cum qui ipsum defendat et conservet, habeatis neminem: neque enim inter vos est, qui praeesse aliis et communi providere sciat: nisi fortasse praefectum cubiculi nominetis. Nam nec imperator propter impuberem aetatem Romanum principatum rexerit, et Augusta, eius mater, non solum propter femineam imbecillitatem tantae rerum moli sustinendae impar est, sed etiam po-

ἀποδέουσα τῶν ἐν δεσμωτηρίῳ διαγόντων. τί γὰρ ἐκείνων A.C. 1343
διενήνοχεν, εἰ μηδὲν μήτε βουλεύσασθαι, μήτε πρᾶξαι τῶν
δεόντων δύναται, ἀλλὰ τοῖς ἐψηφισμένοις ὑπὸ τῶν ἀρχόν-
των ἕπεσθαι ἀνάγκην ἔχει; τάς τε πόλεις ἀπολωλέκατε, τὰς
μὲν αὐτοῖς Μυσοῖς παραδεδωκότες, ἵν' ἔχητε συμμάχους D
ἐπ' ἐμὲ, τῶν δ' ὑπὸ Τριβαλοῖς δεδουλωμένων. καὶ αἱ λει-
πόμεναι δὲ, ἔτι πρὸς ἐμέ τε καὶ ὑμᾶς διῃρημέναι, τὰ μὲν
αὐταὶ ἐφ' ἑαυταῖς στασιάζουσαι καὶ διαφθειρόμεναι, τὰ δ'
ὑφ' ἡμῶν ἔξωθεν πολιορκούμεναι καὶ ἐξανδραποδιζόμεναι
καὶ τὰ δεινότατα ὑπομένουσαι, εἰς ἐσχάτην ἀπορίαν ἤλασαν,
καὶ ὀλίγου ἀποδέουσι τῶν ὑπὸ πολεμίοις γενομένων. χρη-
μάτων τε πόρος οὐδαμόθεν· τά τε γὰρ ἀποκείμενα ἀνάλω-
ται, καὶ τὰ κειμήλια ἀποδέδοται τὰ βασιλικὰ εἰς τοὺς κα-
λοὺς ἀποστόλους, ὅθεν ὄνησις οὐδεμία περιγίνεται· ἐῶ γὰρ
τὰ ἡμέτερα τοσαῦτα ὄντα λέγειν· καὶ αἱ πρόσοδοι ἐκλελοίπασι P. 615
τῶν κοινῶν τῆς χώρας διεφθαρμένης. πρὸς τούτοις δὲ καὶ
οἱ μέγα δυνάμενοι καὶ βασιλεῖ συμπράττοντες πρὸς τὴν ἀρ-
χὴν οἱ μὲν διὰ τὴν εἰς ἐμὲ εὔνοιαν χρημάτων ἀποστερη-
θέντες καὶ πρὸς πεῖραν πολλῶν πρότερον κακῶν ἐλθόντες,
νῦν οἰκοῦσι δεσμωτήρια, οἱ δ' ὅτι ἐμνήσθησαν εἰρήνης,
ὁρῶντες οἷ κακῶν ὁ πόλεμος χωρήσει, καίτοι γε κἀκεῖνοι
τούτου αἰτιώτατοι γεγενημένοι, ἄπρακτοι κάθηνται ἐν ταῖς
οἰκίαις, οὕτω προστεταγμένον ὑπὸ παρακοιμωμένου. ὥσπερ

5. ἔχοιτε P. 8. ἑαυτὰς M. 13. τὰ ante βασιλ. add. M.

testate ab archontibus spoliata, in palatio non secus atque in custodia manet, parumque ab iis differt, qui in carcere victitant. Quid enim differat, amabo, si ei nihil neque consultare, neque agere quod opus sit conceditur, sed illorum decreta probare et sequi cogitur? Urbes autem perdidistis: nam alias ipsi Moesis pretium societatis contra me dedistis, alias Triballi subegerunt: reliquis inter me vosque divisis, earum partim intestinis agitantur discordiis et sibimet exitio sunt, partim a nobis foris obsessae iugum accipere coactae gravissimisque attritae incommodis, in extremas difficultates coniectae sunt, nec alia fere conditione sunt, quam si ab hostibus subiugatae forent. Pecuniae facultas nulla. Nam et aerarium est exinanitum et thesauri absumpti, ornamentaque imperatoria divendita, et in egregias istas classes, unde nulla rediit utilitas, impensa sunt, (de nostra enim tam immensa pecunia taceo,) et publica vectigalia, vastata regione defecerunt. Adde huc, quod opulenti et imperatoris defuncti in gubernando administri alii, quod mihi vellent, pecuniis spoliati et variis antea vexati modis, nunc carceres incolunt, alii, quoniam cernentes, quantam vim incommodorum hoc bellum esset pariturum, (quamquam eiusdem primarii auctores iidem ipsi fuissent,) pacis mentionem intulissent, domi

A.C. 1343 ἀκούω καὶ πρωτοστράτορα τὸν Συναδηνὸν πεπονθέναι νῦν.
B καὶ ἡ στρατιὰ δὲ ἡ μὲν διέφθαρτο δοκοῦσα εὐνοεῖν ἐμοὶ, ἡ δὲ ὑποπτευομένη ἀμελεῖται, τὸ λειπόμενον δὲ ὀλίγον. πόθεν οὖν οἴεσθε τὴν ἀρχὴν συστήσεσθαι ὑμῖν μηδὲν ἔχοντες τῶν σώζειν δυναμένων; ἃ πάντα χρὴ καὶ ὑμᾶς σκεψαμένους, καὶ βασιλίδι καὶ πατριάρχῃ καὶ τοῖς ἄλλοις ἀπαγγείλαντας, τὴν εἰρήνην ψηφίσασθαι κοινῇ, καὶ μὴ διὰ κακοβουλίαν καὶ τὰ μικρὰ λείψανα ταῦτα, ἃ τῆς Ῥωμαίων ὑπολέλειπται ἡγεμονίας, διαφθεῖραι." τῶν πρέσβεων δὲ πρὸς οὐδὲν ἕτερον ἀντειπόντων τῶν εἰρημένων, ἢ ὅτι ἡ βασιλὶς οὐχ ὥσπερ ἤγγελτο αὐτῷ, τοῖς βουλεύμασι τῶν ἀρχόντων ἕπεσθαι ἀνάγκην ἔχει, ἀλλ' αὐτὴ τῶν πραγμάτων οὖσα κυρία, τὰ δοκοῦντα πράττει, πάντων δουλευόντων ἀκριβῶς, „οὐδὲν
C ἂν" εἶπεν „εἰκῇ καὶ μάτην ἐξενήνεκτο παρ' ἐμοῦ, εἰ μὴ σαφέστατα ᾔδειν ὥσπερ ἔχει εἰρησόμενον. εἰ δ' αὐτοὶ ἀγνοεῖτε, πεῖραν ἐγὼ ποιήσομαι τοῦ πράγματος, ἐξ ἧς ἔσται καὶ ὑμῖν καταφανὲς εἰρημένον, ὥσπερ ἔχει. Χρυσοβέργῃ γὰρ τῷ παρ' ἐμοῦ πρεσβεύοντι λόγους ἀναθήσω τινάς, ὥστ' αὐτοὺς μόνος μόνῃ βασιλίδι ἀπαγγέλλειν, ὥσπερ εἴωθα καὶ πρότερον ποι-
V. 493 εῖν. εἰ μὲν οὖν ὑπὸ τῶν ἀρχόντων τοῦτο πράττειν συγχωρηθῇ, εὔδηλον, ὡς ἔξεστιν αὐτῇ πράττειν ἅττα ἂν ἐθέλῃ. ἂν δ' ἐπ' αὐτῶν κελεύσωσι τοὺς λόγους ἀπαγγέλλειν, μηδεμίαν ἑτέραν ἀπόδειξιν ζητεῖν τοῦ τἀληθῆ περὶ αὐτῆς εἰρῆ-
D σθαι." τοιαῦτα εἰπὼν συνεξέπεμπεν αὐτοῖς ἅμα καὶ τὸν Χρυ-

